Rīna grossa operari naturam in coctione significat: et miscuisse feces: in quibus ebullitionem fecerat et turbiditatem: que duobus est modis. Est enim quedam grossa et turbida cretens: et in grossitudine permanens et turbiditate. Est cretens grossa et turbida: sed clarificatur postea. ¶ Que grossa erit: et grossa permanet: significat matrem inter materiam morbi et naturā conurbationis: s'z tū natura superata est: quia humores turbant et cōmūscit: et quādam digestiōem et subtilitatem monstrat: et si non esset quedam durities et grossitudo in materia morbi permanens: natura completeret actionē suā: et diuisisset illā materiam: et vnaquāq' partem in suū locum misisset: et liquore clarificasset in corpore vel extra. Si ergo in sua turbiditate et grossitudine sua permāserit: dicitur cretens: cam transiret vel nunciam futurā: monstrat nō et actionē nature turbiditatem suam esse: s'z igneo calore hūores turbare: et ebullitionem: in quibus turbiditate fecit et ebullitionem: sicut calorem eius solis facere videmus? et coctura (alibi coctura) vīni. Et si infirmus grauitate sentit in capite: futurā febrem demonstrat. Que si sit post febrem: nunciat dolorem capitis festinantem (alibi vicināntem). Sed ipsa cephalica in duo diuidit' : aut puenit cretium et nunciat cam futuram: qd cū natura fecit subtiliare incipiat et humores cū vīna dissoluat: et ipsi humoris? sumi cgregdiuntur:

qui ascendentes cerebrū dolorem ibi faciūt. Et ebullitionē pungitiorū humorū: et cū igneo calore et turba biditate ipsorū: et fumis ascēderit? eoz cerebrū: sicut Hippo. in appo. In febribus vīna sumētina in bacribus: dolo: capitis est p'ens vel cito futurus. vnde malum nuncia: nisi laudabilis significatio sequatur: sicut rinctura vīne: et coctio eius: dicitur facit: bonitas anhelitus: leuitas motus: que nature significat coctionem: et eius in morbum p'ualitū dicitur. Si hęc bona signa in die apparant cretica: et eius nuncia: intelligimus naturam debere confortari: beneq' in tempore posse feces subtiliare: sed sine qd sint in die cretica: neq' nuncia: intendimus nō eā posse nisi per longa tempora confortari. Et si vīna turbida sit vel grossa in habentibus dolore capitis et humoribus grossis: significat dissolutionē morbificū nimia vīna. ¶ Et rina cretens grossa et postq' cretens in vase clarificatur: naturā complectit coctionem fecis significat: et subtiliasse cam: neq' remansisset nisi vt diuidat' : et vnaquāq' pars in locum suū naturaliter ponatur. Et inquit aut vīna erit ante quē cōpleuerit natura suam actionem in ea. Que cum cretens extra: potuere nature eoz vnaquāq' partem in suū locum infundere ppter virtutem naturalis caloris quā habuere. Natura em̄ perfecte intus subtilianē et digestiōem: deinde vnaquāq' pars suū locū naturalē perit: et pars aerea sursum ascēdit: et deorsum terrestris vnde liquo: remanet clarus et mundificatus. Vnde intelligimus qd si vīna in corpore remansisset per partem tempus: partes eius autēq' exissent vnde cregtur. Vnde Gal. Grossa vīna que postq' erit clarificatur: significat naturam p'ualere in coctone et fecibus subtilianē: et in dñatione fut: et non nisi partū in ea remansisset: vt partes diuiderentur succmarine si postq' erit foras: velociter clarificatur: qd cum vicinum tēpus sit: materia clarificata: significat nature actionem esse ad cōplēctum viciniosum. Et temporis em̄ longinquitas partem aeream habere aliquā densitatē grossitudinē. vī nature necessariū est loquē tēpus autēq' in partes suas extra diuidat.

Superius determinauit aucto: de liquore subtilis hibe grossi. Et diuidit' in duas. In prima determinat significationē vīne siue liquoris grossę. In scda cōparat liquorē adiuicem: ibi in fine presentis lectionis: Palam qd vīna p'ima in duas. In prima ponit regulam generale de significatione liquoris grossę. In scda subdiuidit liquorē grossū ibi: Qui duob' est modis. Est ista scda in duas. In prima vidit. In scda de mēbris diuidentibus agit: ibi: Que grossa erit et grossa. Et ista scda in duas. In pma determinat significationē vīne qd erit grossa et permanet grossa. In scda de terminat significationē vīne grossę qd erit grossa postea in vase clarificat. Scda ibi. Que grossa erit et postq'. P'ima in duas. In prima determinat de vīna grossa permanente grossa qd causat' a calore forti naturali. In scda de terminat significationē hūi vīne causate a forti calore in naturalibus: Si in sua turbiditate. Et ista in duas. In pma determinat significationē hūi vīne grosse causate a calore innaturali. In scda declarat quoddā suppositū: ibi: Et ista in duo diuidit'. Et ista scda in duas. In prima declarat. In scda autē cocturā Hippo. confirmat. Scda ibi: Si erit Hippo. in appo. Tūc licet quā illa pars in qua determinat significationē vīne siue liquoris qd erit grossa: et postea in vase clarificat. Et illa in duas. In prima facit qd dicit' est. In

secunda auctoritate Gal. confirmat. Scia ibi: Unde Gal. grossa vina. Id est diluio & inia lectionis in general. ¶ Ibi dubitat qd grossitas vine & spiritus quinq; ratio qd color debeat apparere in corpore temperato: vtrum grossius vel subtilis. Et videt qd grossitas: quia dicit superius qd liquor subtilis apparere in vina ppter debilitatem virtutis nō potestis permiscere humores cū vina: ergo per locū ab oppo sitis grossius apparere ppter fortitudinē virtutis potentis permiscere humores cū vina: sed foris virt' est in corpore temperato: quia dicit Gal. qd fortitudo virtutis sequit' temperantiam: ergo grossius liquor debeat esse in corpore temperato. Item grossius liquor vt dicitur est: apparere ppter fortē cōmitionē humor: sed in corpore temperato est fortis cōmitionē humor: quia corpus temperatum nutritur ex purissimo nutrimento. vnde in ipso fit fortissima segregatiua: segregans purū ab impuro: z impurū eliquans cū vina z p miscens in expellendo: ergo in corpore temperato dicitur esse liquor grossus. In 3o dicitur est aucto: in besterna lectio dicit qd in corpore temperato vbi est fortitudo virtutis potentis se gregare z transmittere partes ad loca p'pria est liquor: me diocri in vina qd cōcedo cū ysaac. ¶ Ad primū argumētū in contrarium: dico qd liquor: corpus temperati vt pote est quo: medio cris pot' apparere ad subtilē qd significat impo tētem naturā: z hoc modo est grossus: vel pot' comparari ad grossum qui significat naturā potentē cōmiscere humores nō fit segregare: z hoc modo est quasi subtilis respectu illi: z ideo est mediocri: qd significat naturā potentem facere cōmitionē z turbulentiā z segregare partes z transmittē re ad loca p'pria: z ppter hoc est mediocrius zc. Ad secundū argumētū dicitur qd verum est qd in corpore temperato est permixto humor: s; cum hoc est ibi fortissima segregatiua transmittēs partes ad loca p'pria: ppter hoc nō est ibi grossus liquor: imo mediocri. ¶ Secundo querit vtrū grossus liquor: generatur ab humido epate vel a siccō: z videtur qd generatur a siccō: quia a siccō epate generatur siccū est grossus humor: z grossi humorē z siccū grossant vinam: ab humido humidū qui subtiliatur in aqua: ergo videt qd grossus liquor generatur a siccō epate: subtilis ab humido. Contra: acti vnde colorētem passivū liquorē: vnde humiditas p' sibi presentiam insipidat vinū vt dicit superius. siccitas p' p'viantionem humiditatis subtilis: ergo grossus liquor: non generatur a siccō epate. Item in epate siccō ficus humor: generatur qui non potest eliquari cum vina ratione sue siccitatis: ergo a siccō epate non generatur grossus liquor: imo subtilis. qd concedo. vnde in epate siccō generatur subtilis liquor: z mult'. vñ dicit egidi'. Sic cū mōstrat epate effusio multa liquoris. ¶ Ad p'viantionē qd grossus liquor: qd generatur per decisionem z eliquationem: z sic sine dubio cū in epate siccō generatur siccū humorē z grossū: si eliquari cum vina sine dubio faceret grossū: grossū: z sic ob. tu. Sed non sic est: imo quia sunt siccū non possunt eliquari: cum vina: z ideo epate vina subtilis: quia siccitas per p'viantionem humiditatis: que humiditatis facit vinam grossam per sui cōmitionem cum vina illa siccitas sine dubio generatur z causat liquorē subtilē z non grossū: vt dicitur est.

¶ Tertio querit vtrum vina grossa apparens in initio mobili fit bonū signū. Et videt qd sic: qd omne quod significat naturam operari in actione materie mobili est bonū signum in omnibus temporibus: mobili sed vina grossa apparens est huiusmodi vt dicit in littera: ergo erit bonum signum in p'viantionē mobili. ¶ Quætera dicit in littera: qd vina grossa aliqua dō causat a calore naturali: aliquid ab inaturali: z dicit qd i d' nensis tepōibus mobilis significat calorem naturalem z inaturalē sed dicit qd in die cretica huiusmodi apparens significat calorem inaturalē: ergo in principio mobili huiusmodi apparens significat aliud qd calorem inaturalē: sed nō nisi calorem inaturalē ergo in principio mobili talis vina apparens significat calorem naturalem p'viale: sed hoc est bonum: ergo vina grossa si apparens in principio mobili est bonū signum. Contra: dicit in i'fa qd vina que fit grossa vñ. sicut dicitur apparens talis grossa in principio est mali signū: sed talis vina grossa apparens in principio mobili fit vñ sicut dicitur: quia dicit

huic. qd principium egritudinis est tepus illud in quo apparent signa digestionis: sed in principio nō apparēt signa digestionis: ergo constat qd vina grossa apparens in principio fit vñ sicut dicitur: ergo mali signū. Et hoc idem vult huic. dicit etiam qd vina grossa apparens in principio mobili est malum signum. Et hoc concedo: quia talis apparens grossa in principio mobili: aut significat p'viantionē in bu mōibus a calore inaturali: forte qd est pessimum: aut significat dñum grossū humor: in corpore inobediētiū nature qd similitur est malū. ¶ Ad primū argumētū dicitur qd qñ aucto: dicit ibi qd vina grossa apparens significat naturā operari in actione zc. ipse loquitur qñ apparere in augmento z non in principio: z tu ob. de principio z. ppter hoc non valet. Ad secundū argumētū dicitur qd aucto: non dicit qd vina grossa apparens in die cretica significat calorem inaturalē: vnde tu ob. de falso intellectu h're: quia imo pot' signū scire calorem naturalem: sed dicit qd si ante die cretica appareat grossa: z semper permaneat adhuc in i'fa grosside post die cretica: tūc sine dubio significat calorem inaturalē diari vt declarat in i'fa: z ppter hoc nō valet argumētū. ¶ Quætera vt dicitur super hoc qd dicit in i'fa qd vina eriens grossa postea in vase clarificat: videt qd nō potest postea in vase clarificari: qd si postea in vase clarificat: hoc non est nisi ppter calorem z spiritū delegatos cum vinam: qd calor z spiritus segregant z transmittunt partes grossas inferius z subtiles superius: s; maio: calor z spiritus plus funt intra. i. qñ vina adhuc est in corpore qd qñ est extra: ergo melius segregabitur extra z clarificabitur: sed in intra non potuit clarificari calorem vina: ergo multomagis extra. Item sicut calor naturalis z spiritus defendit cū vina extra micta: ita cū sanguine in inunitione: z sicut cū egestione: sed calor z spiritus deciti cū egestione extra nō possunt dare calorem egestioni nec sanguini nec ipsos clarificare: sicut nec vina. In 3o dicit aucto: in littera qui dicit qd postea in vase clarificat: quero ergo p quam viam vina eriens grossa a corpore postea in vase clarificat. Ad hoc vñ. dicitur qd sicut dicit in littera qd qñ virtus est fortis z materia obediens: tunc natura facit ebullitionē z turbationē in humoribus z segregationē postea: et transmittit partes p'viantionē ad loca p'pria: z tunc clarificatur vina intra: sed quando vina modificatiōnem facit in vesica z cogitur extra: cum illa vina defendit calorem naturalem: z spiritus vnde nō pot' morari intra: imo epit grossa: sed virtus sine calore naturalis z spiritus cum ipsa deciti complent clarificationē: quia in vinali segregant partes grossas z subtiles z ita clarificatur vina. vnde si vina tūc parū plus moraret in corpore clarificata esset. Et per hoc patet solutio ad p'mū qñ licet non sit clarificata intra tūc ibi potuit clarificari: si re mitteret: sed quia non ibi remiserit: ppter p'viantionem quā inducibat in vesica. ppter hoc calor: deciti cum vina extra ipam clarificavit. Et dicitur qd licet virtus sit debilis: extra simpliciter: tūc fortis est p' coparationē ad materiam iam dispositam: vnde materia est iam disposita ad clarificandū quādo est extra qd nō erat intra: vñ plus pot' debile agens supra materiam dispositā qd forte agēs supra indispōsitā. Ad secundū argumētū dicitur qd non est simile de vina z egestione: quia egestio est dura z inobediens sequestrationis: sed vina est fluida: rara: liquida: z obediens segregationi. vñ in corpore liquido vt in vina facil' possunt segregari partes z subtiliari qd in corpore solido. ¶ Ultimo querit sup hoc qd dicit in littera: qd vina grossa z permanens apparens in die nicta: significat dolorem capitis z crism futurā ad bonū. z ppter hoc querit vtrum dolores capitis possit esse signum crisis bone nature: Et videtur qd non: quia significat morbum p'viale nature: z hoc est pessimum z non bonū. In 3o dicit in littera. Quætera dicit ibi in apoph. Quibusq; crisis ventura est bis non diffidat ante acumen zc. Et dicitur qd dolores capitis causantur a calore naturali. qñ natura carminat z dividit materiam: z inde leuatur fumus qui petentes cerebrum inducunt ibi dolorem: sic dico qd talis dolens est bonum signum: quia talis fit a calore naturali digerente materiam: mobili z dividente eam: z hoc modo loquitur aucto: in i'fa: sed dolores capitis qd causantur a calore

innaturali faciente ebullitionem in humoribus: z eleuare su
mā d petes et rebui ibi induit dolo: z talis dolo: ē signū
malū: z sic ob. tu. z sic p̄p̄ solutio ad illa.

¶ **H**alam ergo est q̄: vīna etiens grossa si clarifi-
catur melio: est q̄ que nunq̄ clarificatur: neq̄ ad cla-
ritudinem mouet. **H**rossa est etiens: z clarifcens:
significat q̄ natura suam actionē compluerit: z nō
remanet nisi vt partes diuidat: z in suū vnaquāq̄ lo-
cum naturalem mitrat. **¶** **Q**ue non clarifcitur: significat
naturam incepisse operari: quia humores turbauit:
z ventositatem eorū dissoluit: nōdum tamen coctio-
nem compluit: nec appropinquauit: feces enim
non subtilitauit: vnde extra diuidere non potuit: que
tū cū b̄mōi sit: melio: est q̄ q̄ subtilis erit: z postea
grossifcitur: sicut subtilis erit: z postq̄ erit: grossif-
scit: melio: est q̄ que subtilis erit: z post permans
in subtilitate sua: z claritate. **¶** **S**ubtilis enim etiens
z post grossifcens: significat naturam nondū corifce
neq̄ feces digessisse: tamē appropinquauit: z moue-
re feces incipit: atq̄ eas turbare voluit: anteq̄ vīna
copus erit. **¶** **Q**ue subtilis erit: z in sua subtilitate
atq̄ claritate permans: nihil incipisse naturam et
mouisse ostēdit. **¶** **U**nde **H**al. vīne extra coctionē quat-
tuor sunt. **¶** **E**na est grossissima z crudissima: sicut que
erit clara: z permans in cruditate sua. **¶** **S**ecunda est
minus cruda atq̄ grossa: sicut eriens clara: z postq̄
erit grossifcens: martine si color eius sit igneus. **¶** **L**o-
lo: em igneus significat virtutem caloris naturalis
z mediocritatem coctionis. **¶** **T**ertia est minus crus-
da atq̄ grossa q̄ secunda: z plus cocta: sicut etiens
grossa: z p̄mans in turbiditate z grossitate sua: ma-
tine si sit tincta. **¶** **Q**uarta extra ceteras ad cōplemē-
tam coctionis appropinquat: sicut vīna etiens gros-
sa: z clarifcens postq̄ creat: martine in vicino tēpore.
¶ **E**t si quidam dicant: quare vīna crenentem grossam
z postq̄ quicuri clarifcetem dicitur esse contra co-
ctionē: cū **H**al. eā p̄p̄inquā esse fecit perfecte coctio-
ni: dicens non remanere nisi vnamquāq̄ partem di-
uidere: z singulas in locum suum mittere: **¶** **R**ndem?
q̄ dicitur non remanere nisi p̄tes suas diuidere: signi-
ficat minorationem actionis complēda. **¶** **N**on ergo
significatio eius ad coctionem fuit perfecta: quia nō
suo tēpore naturali apparuit: sicut cū vīna de corpo-
re erit: nec est significatio minorationis perfecta in
actione sua complēda.

¶ **S**uperi? determinauit aucto: de liquore subtili z gros-
sio: b̄ coparat significatiōes b̄mōi liquoz adiuicem. **¶** **E**t of-
uiditur in duas. **¶** **I**n prima comparat b̄mōi liquores quāti
ad significatiōem. **¶** **S**ecō quāti ad etiens: ibi. **¶** **D**e vīna q̄ mu-
tatur postq̄ in vīnālī. **¶** **V**īna in duas. **¶** **D**e vīna q̄ mu-
tatur postq̄ in vīnālī. **¶** **V**īna in duas. **¶** **I**n prima cōparat
b̄mōi significatiōes liquoz adiuicem. **¶** **I**n secūda docet re-
ducere omnes differentias liquoz ad vīnembz diuisione
ibi. **¶** **E**rine tripliciter diuiditur. **¶** **V**īna in duas. **¶** **I**n prima
cōparat significatiōes b̄mōi liquoz adiuicem z absolute
in secūda comparat b̄mōi significatiōes ad tempa a mo-
bi in fine p̄sentis lectionis: ibi. **¶** **D**e **H**al. plentis ostēdit.
¶ **V**īna in duas. **¶** **I**n prima cōparat b̄mōi liquoz adiuicē
in secūda cōfirmat: ibi. **¶** **U**nde **H**al. vīne contra coctionē
¶ **V**īna in duas. **¶** **I**n prima cōparat vīnam grossam ad sub-
tilem. **¶** **I**n secūda grossam ad subtilem: z subtilem ad subti-
lem: ibi. **¶** **Q**ue tū cū b̄mōi sit melio: z vīna in duas. **¶** **I**n pri-
ma cōparat grossam vīnam ad subtilem. **¶** **I**n secūda causam

assignat, secūda ibi: **¶** **R**rossa em etiens. **¶** **T**ūc sequit illa para
in qua cōparat grossam ad subtilem: z subtile ad subtile: et
illa in duas. **¶** **I**n prima facit q̄ dicitur est. **¶** **I**n secūda causam
assignat. **¶** **S**ecūda ibi: **¶** **S**ubtilis em etiens. **¶** **T**ūc sequit illa para
in qua confirmat: z illa in duas. **¶** **I**n prima facit q̄ dicitur est.
¶ **I**n secūda mouet obiectionē: ibi: **¶** **E**t si quidā dicat: z ista scilicet
in duas. **¶** **I**n prima mouet illi obiectionē. **¶** **I**n secūda soluit
ibi. **¶** **R**ndemus q̄ dixit. **¶** **I**de est diuisio z inia lectionis in
generalī.

¶ **H**ic queruntur duo in genere. **¶** **P**rimū est de precedenti
lectione. **¶** **S**ecūdi est de presenti. **¶** **D**e precedenti lectione q̄nt
de tomatōne turbatione vel turbulencia vīne: z de toma-
tione vīne queruntur quattuor. **¶** **P**rimū est vīnū tomatō
causē in vīna a calido vel a frigido. **¶** **E**t videt q̄ a calido et
non a frigido: quia tomatō fit in vīna p̄pter defectū calō-
ris naturalis z spiritūū deficiōis cū vīna. p̄pter defectū calō-
ris causatū ab exhalatiōe illoz: vnde q̄n calō: naturalis z spi-
ritus defici cū vīna exhalat ab vīna: qui debent regere
partes vīne: tunc statim vīna tomat: cū ergo caliditas vī-
ciat ad exhalationem z moueat ab interiori ad exteriorē: fri-
giditas vero eōuerso cōmouēda a circūferentia ad centrū
vnde calō: naturalē z spūs conseruat in vīna z coadiuuat
z nō facit ad exhalationē eoz sicut facit caliditas: videtur
q̄ tomatō in vīna causat a calido z nō a frigido. **¶** **I**tem vī-
na extra copus est calō: debilis deficiat: sed frigiditas con-
seruat calō: debile in liquoribus: caliditas vero destruit.
¶ **V**ī videtis sensibilitatē q̄ vīna debilia. **¶** **P**auci calorem habē-
tia melius conseruantur in hyeme q̄ in estate: imo in estate
citissime periciant: q̄ sicut erit i vīna q̄ frigiditas retardat
tomatōne: caliditas vero accelerat eā: q̄ tomatō inuēta
causat a calido z non a frigido. **¶** **C**ontra: calō: debilis conser-
uat a calore exteriori: vt patet in plantis vbi est calō: debilis
que melius degunt z vegetant in estate q̄ in hyeme: eō-
uerso est de calore fonti. vnde calō: digestiū in hyeme q̄ for-
tio: est q̄ in planta minorat in estate: z fortifcat in hyeme.
vnde **H**ippo. i appo. **¶** **E**ires vīne et vere calidissimi sunt
natura: cū ergo in vīna extra copus fit calō: debilis cōpō-
tabit a calore exteriori: z nō destruet: imo potū destruet et
minorabit a frigido: sed tomatō in vīna nō fit nisi p̄pter
minoratiōem caloris z spiritūū i vīna z eoz exhalationem:
ergo cū calō: exterior non mino: et eoz: imo potius conser-
uet: frigiditas: videt q̄ tomatō causat a frigiditate: z nō
caliditate. **¶** **I**tem simile cōseruat sibi simile: cōtrarium vero
corripit: ergo cū tomatō nō fiat nisi p̄pter exhalatiōem spi-
ritūū z destructionē: caliditas nō corripit: vīnā imo potius
frigiditas cū cōtrariet calori naturali z spiritūū: ergo to-
matō causat a frigido z nō a calido. **¶** **I**uxta hoc quero q̄nt
in estate maio: fit corruptio in humoribus: z in vere sicut q̄nt
in hyeme. **¶** **V**ī plures febres putride fiunt in estate q̄nt in hyeme
totū eōuerso est de vīna q̄ citi? z pluris tomat in hyeme
q̄nt in estate. **¶** **¶** **A**d primā dicitū q̄ tomatō q̄nt causat
in vīna a principio intrinseco: q̄nt ab extrinseco. **¶** **A** principio
intrinseco duplīter: aut p̄pter ebullient calō: decilium est
vīna z paucitati spiritūū q̄ cito exhalat: aut p̄pter morbū
vī: p̄pter aliquid de materia morbī cōmūm cū vīna vt p̄p̄
pter sanie ibi permittit q̄ causat tomatōnem i vīna. **¶** **A** prin-
cipio vero extrinseco causat vel a calido resolente calorem
z spiritum in vīna: aut a frigiditate calō: naturalē z spi-
ritus in vīna mortificante. **¶** **U**nde dico q̄ quandoq̄ causatur
tomatō in vīna a calido: q̄nt a frigido: vnde dicit **B**ar.
in libro suo de anima: q̄ spūs sunt lux: vel speciem lucis ab-
bentes. vnde per sui p̄sentiam in vīna faciūt liquorem da-
rum z perulium. **¶** **I**tem calō: naturalis z spiritus defici cū
vīna regunt partes vīne: per sui ergo p̄sentiam vīni causat
a claritatis in vīna z pericuriat: sicut ergo per sui p̄sentiam
vīni causat turbiditatis z tomatōnis: z quia calō: z spūs
in vīna existēs quandoq̄ possunt abesse: p̄pter caliditatem
exhalant eoz: quandoq̄ vero p̄pter frigiditatem eoz mo-
tificantem: p̄pter hoc dico q̄ tomatō inuēta potest causari
a calido z a frigido. **¶** **¶** **A**d primū argumentum dicitur q̄nt
verum est q̄ caliditas exteriori: facit ad exhalationem caloris

naturalis et spiritus in vna: et ita per consequens ad tonationem: frigiditas vero non facit ad exhalationem hmoi: et ita nec ad tonationem: veri est ista via. Sed dico qd frigiditas facit ad tonationem: vni est exhalando: sed modificado calorem naturalem: spiritus: et hoc non modificat: qd est excellens. Itē pauca frigiditas pot modificare calorem naturalem et spiritus in vna cum hmoi sint obsoles. Item cū vna sit rara pauca frigiditas ibi superueniens pot cito penetrare illud corpus rari et calorem naturalem ibi casuente et spiritus cito modificare: vt patet de reptilibus in cauernis terre acerbis: qd cū habeant compositionem raram cito corrumpunt et leduntur a frigido, similiter est in vna. Itē hoc patet ad feciditatem licet frigiditas conferat calorem debilem ad exhalationem: et non feruat a corruptione et modificatione: imo cito modificat ad aliam argumentum est in vna. Itē hoc patet ad feciditatem caloris debilis confortatur a calore exteriori: si sint ad idem cadunt illi duo calores: vt patet in plantis. sed si ordinem ad diuersa non oportet. vnde calor est huius non confortat calorem digerentem in pomine: imo potius minorat et retrahit ipm a sua operatione: et hoc est quia non ordinat ad idem: qd calor tepota sine calor: exteriori non ordinat ad digerendum non trimitit: imo ad digerendum materiam mobili. vnde dicit lib. p. cap. ap. boni. qd estas motus abbeuuit: hoc est: qd trahit materiam mobili a centro ad circumferentiam diuidendo et digerendo eadem calor: interiori digerens ordinat ad digerendum nutrimentum. et ppter hoc isti duo calores non confortat se ad fruictu: imo vni destruit alium qd ordinat ad diuersos fines sicut est a parte vine: quia calor: exteriori superueniens calorem in vna existens et regens partes vine trahit ipm ad exteriora: et ita facit ad exhalationem: et ppter hoc caliditas exteriori causare pot tonationem in vna: cū non ordinat ad digerendum partes vine et segregandum sicut ordinat calor: naturalis vine. Itē hoc patet solo ad aliud argumentum: quia verum est simile ceterum vni sit fitet qd ordinat ad eundem finem: vni quia calor: exteriori: interiori non ordinat ad eundem finem: ad diuersos ppter hoc vnus destruit alium: vnde caliditas causat tonationem in vna exhalando: et frigiditas cū sit vna modificado. ¶ Ad questionem deinde qd corruptione humorum intra corpus requirit ebullitionem et perturbatio: et quia vt dicit philaretus: caliditas est facile mobilis: frigiditas difficile mobile: ppter hoc in estate et in vere vbi est calor: maior sit ebullitio et per consequens corruptio in humoribus qd in hyeme. Itē vt dicit huius. vni quocqz leditur a sibi simili: et quia caliditas cum sit amica nature plus aduenit corpori qd frigiditas imo frigiditas cū sit inimica minime aduenit: ppter hoc frigiditas minime facit ebullitionem in humoribus: caliditas vero pluries: qd eodem modo de vna: qd cum frigiditas faciat modificationem: iterum frigiditas adueniens cito ledit vnam raram: ppter hoc cito tonatur in tempore frigido: sed in calido non ita cito: cū frigiditas plus possit in istis effectibus qd caliditas: vt iam patebit. ¶ Secundum dabo qd a frigido et a calido causat tonatio in vna: quia et quia sit et quia causat vtrum a calido vel a frigido. Itē videt qd quia sit et quia causat: forte agens citius inducit suum effectum in eandem materiam qd agens debilius vel debile: sed caliditas est agens fortius qd frigiditas: ergo citius inducit tonationem in vna qd frigidum cū caliditas fortis: actus qd frigiditas. In cetera sit est sensus qd videtur vna actus? et frequenter in hyeme tonari qd in estate: hoc non est nisi a frigido: ergo tē. Itē dicitur frigiditas causat tonationem in vna modificado calorem naturalem et spiritus regentes partes ipsius vine: caliditas vero resolutio et exhalando: sed operatio resolutio est paulatina vt patet in resoluzione humiditatis radicalis: operatio vero modificatio est subita: ergo frigiditas citius causat tonationem in vna qd caliditas. ¶ Tertia hoc quero quare inficitur vas in tonatione vine. ¶ Ad pmo infimo dico qd citius causat tonatio in vna a frigido qd a calido: et illam vltimam rationem concedo et pono cum pmo causa. ¶ Ad pimum argumentum qd est valde sospitabile: dico qd licet caliditas sit fortis: actus qd frigiditas: tñ in multis effectibus pot frigiditas in quos non potest caliditas: vnde licet caliditas sit fortis: simpliciter: tamē quantum ad istum effectum qui est tonatio

re vnam: fortis: frigiditas est et veloci: vt visum est. Ad qd sionem dico qd in tonatione vine inficitur vas: quia ppter absentiam caloris naturalis et spiritus hmoi deest cū vna sit viscosi adperetes partibus vas. vnde dicit pbus in metaphys. qd viscosum est qd adperet. Secunda causa est: quia quia frigiditas non tonatur tunc humores perturbat: ad aquositate: cum sint lud regimine caloris naturalis et spirituum et quia aquositas est modiciora et absteruata. vbi valde contra puricum vt voluit auctores: ppter hoc tunc aquositas non perturbat illos humores adperere partibus vas: nec ipsas partes inficit: sed quando vna tonatur tunc partes non regunt a natura: imo humores segregantur ab aque firare et ita cum sint viscosi adperet partibus vas et ipas tunc inficiunt. ¶ Tertio queritur vtrum vna tonata possit redire ad ignem: videtur vt non. dicit pbus in de animalibus et ysaac similiter in febribus: qd calor ignis est destructiuus calori: vero celestis qui est vilius: vnde sic illud qd magis videt esse non in se nec in se: sed magis videtur qd calor celestis qui est vilius possit clarificare vnam qd calor: igneus qui est destructiuus: sed tamen calor: celestis non potest. vnde si millesies ponat vna tonata ad solē nunq rediret per calorem celestem: ergo multum minus rediret per calorem igneum. In contrarium est ysaac superius dicens qd vna que redit ad ignem: sed certe significatio nis: et ita supponit qd vna tonata potest redire ad ignem. Ad hoc videndum qd vna quandoqz tonatur: ppter exhalationem caloris naturalis et spirituum omnino et modificationem illorum: et tunc nullo modo potest redire ad ignem: aliquando vero tonatur vna ppter frigus exterioris adueniens compensans calorem naturalem et spiritus et coadunans et sopitos faciens: non omnino modificans: sic potest redire per ignem: quia calor: igneus remouet tunc frigiditatem exterioris: compungit eum calorem naturalem et spiritus et tonationem facit eum per consequens. ¶ Ad argumentum pimum dicendum qd licet calor: celestis sit vilius: et fortis: simpliciter: tamen calor: igneus est fortis: in rarefacto partes vine et clarificatio et in remouendo frigiditatem exteriori tonationem inducentem in vna. ¶ Quarto queritur vtrum vna tonata sit boni signum vel mali: et videtur qd sit malum signum: quia vna vni dicit est tonat qd defectum caloris naturalis et spirituum in vna qd causat per exhalationem factam a calido vel modificatio nem factam a frigido: sed defectus caloris naturalis et spirituum semper est malum signum: ergo tonatio erit malum signum. Item vna tonata. i. turbida et vna colorata opponuntur: sed vna colorata semper est boni signum: vt dicit supra: quia significat naturam potentem colorem vnam: ergo per locum ab op. possit vna tonata erit malum signum. In contrarium sunt practici dicentes: qd tonatio vine significat digestionem materie mobis: vnde quando vna tonatur signum est tunc qd materia mobis digerit et sic hoc est bonum signum: ergo tonatio vine est bonum signum. Item vna tonata significat qd aliquid de materia mobis erit cum vna qd facit vnam cito tonari: sed hoc est bonum signum: ergo tonatio vine est bonum signum. Ad hoc dicendum qd vna quia: nudoqz tonatur in sanis: quandoqz in egris. Si in sanis: aut tonatur: ppter frigiditatem superuenientem compensantem partes vine tē. et tunc nec est bonum valde: nec valde malum: aut quandoqz tonatur in sanis ppter debilitatem spirituum et caloris naturalis cito modificato: et hoc est malum: aut ppter abundantiam partium humorum in corpore existentium: et quosdam cum vna essentium: et hoc est similiter malum: quia malum est qd humoros sint abunde in corporibus sanis. Quamdoqz vero tonatur vna in egris: et hoc ppter emulsionem materie mobis factam cū vna: que materia mobis: di quibus est vna facit tonare ipam: et hoc dupliciter: quia ante istam tonationem a tali causa factam apparuerat signa digestionis materie mobis: aut non apparuerit. Si tonatio talis vna in egris: ppter eliquationem materie mobis factam cum vna et prius apparuerit signa digestionis tunc est bonum signum: quia talis tonatio significat naturam

prevalere z digeffisse materiam mobi z portionem illius materie mobi cu vina transfuffiffe. Si vero talis tonatio fiat absq signis digeffionis precedentibus: tunc est malum in egra: quia significat per hoc q natura succubit: z ex materia mobi tantum abundat in corpore q redunda ad vna ratione sue multitudinis: vnde significat talis tonatio tunc fieri vi fimbriosa. Per hoc patet solutio ad argumta. ¶ Ad primū dico q verum est q tonatio significat defectum spiritū z caloris: si d hoc pot esse simpliciter ppter motificationem: z talis sine dubio est mala: vel defectum quātū ad tempus: z talis nō est valde mala: quia postea potest redire per ignē. Vel dicendum q tonatio significat defectum spirituum dupliciter: aut per comparationem ad sanum: z hoc est malum: vel per comparationem ad egrum: vel propter eliquationem materie mobi factam cum vina tonante vnam: z sic si ante apparuerint signa digeffionis materie mobi talis defectus spirituum in vina nō est malus vt declaratum est: imo bonus. Per hoc patet solutio ad secundum q licet coloratio vine fit bona: non tñ tonatio ppter hoc mala: quia potest fieri ppter eliquationem materie mobi vt dictū est. Vel dicendum q coloratio vine non est boni temper: imo quandoq̄ mali: quia significat incensionem factam in humoibus zc. Per hoc idē patet solutio ad aliud in contrarium.

¶ De presentē lectione queritur quattuor. Et primo que vina sit melio: vtrum subtilis vel grossa: videtur q subtilis melio sit: quia illa vina melio est que trāsit in terminū melioem: sed dicit aucto: in littera q vina illa que transit a grossicie ad subtilitatem transit ad terminum melioem q̄ illa que transit a subtilitate ad grossiciem: ergo subtilis melio: est q̄ grossa. Item illa vina deterior est que significat maxiam turbationem nature: sed grossa est hmoi: vt dicit in lra: subtilis vero nō: ergo subtilis melio est q̄ grossa. In contrarium est aucto: in littera precedentē dicens: q vina subtilis significat naturam non potentem inchoare digeffionem: grossa vero significat naturam incipisse operari sit p deoctionem materie mobi: sed illa vina que significat naturam incipisse operari supra materiam mobi est melio: q̄ illa que significat naturā nō potēte inchoare operationē supra materiam mobi: ergo grossa melio: est q̄ subtilis. Ad hoc dicendū q quedam est subtilitas in vina causata p viā indig: stionis: z talis est pessima in vina: q̄ significat naturam nō potentem operari supra materiam mobi: z de tali pcedit vltimū argumētum. Est iterū subtilitas causata in vina per viā digeffionis: q̄ sequit grossam: z talis idē est q̄ claritas z mediocritas: z talis melio: est q̄ grossicies: q̄ significat naturā cōpleuisse cōctionē in humoibus z clarificasse vinā trāsmittēdo partes graues inferius: leues vero superius: z tunc aquositas sine liquo: remanet clara: z de tali pcedunt prime rationes. Per hoc patet solutio ad primū argumētū: qm̄ tu obijcis de subtilitate causata per viā digeffionis: z talis sine dubio transit in terminū melioem q̄ grossa: sed tñ loquēdo de subtilitate causata per viam indig: stionis nō est verū: imo talis subtilitas est pessima. Ad secundum patet solutio: qm̄ verum est q̄ subtilitas causata p viam digeffionis melio: est q̄ grossa. vnde dico q qm̄ materia mobi est in corde: vina significans turbationē humoū materie melio: est q̄ significans quietē: z ponit Auicē. exēplum de rege: q̄ si rex sit in castro sine dubio melio est q̄ sit quietus in castro q̄ turbatus: atq̄ si hostes sint ante castrū melius est q̄ sit in turbatōe q̄ in quiete. Similiter est a pre ista q vina grossa significat turbationē z naturā potētem cōnuere operari supra materiam mobi: s̄ si est ibi subtilis vina significat naturā nō potēte facere cōmotionē z p turbationē in humoibus. ¶ Secundo queritur vtrū melio sit vina vniiformis sicut crenis subtilis z permanens subtilis q̄ vina diffomis: quia vniiformis significat humores temperatos esse in corpore vt dicit in principio precedētis lectionis: diffomis vero significat humores intēperatos esse in corpore: ergo vniiformis melio: est. Item dicit in sermo q si hypostasis laudabilis perseveret in eodem statu vsq ad statum egritudinis boni significat. Si vero diuersif

fiat malū: ergo similiter liquo: vniiformis bonū erit signū in vina: diffomis vō malū. In trāsitū est aucto: in littera dicens: q si liquo: crenis subtilis permanet semper subtilis malum est: si vero postea ingroffetur bonum. Item ibi dicit q si exeat grossa z permaneat grossa malum est: si vero clarificetur bonum est: z reddid causās in littera. Pterea dicit in littera: q vina crenis subtilis z permanens subtilis significat naturam non potentem operari in deoctione subtilis cum: sed illa vina que significat potentiam nature operantem supra materiam mobi: melio: est q̄ vina significans naturam omnino impotentem: ergo vina diffomis est melio q̄ vniiformis. Ad hoc dicendum q loquendo de melioem in liquo: qui significat cōplementum digeffionis: talis vniiformis melio: est q̄ diffomis: z de tali loquitur in precedētis lectione in principio: sed loquēdo de liquo: subtili z grosso qui significat digeffionem incompletam: tales melioem sunt diffomes q̄ vniiformes: z hoc est quia significat digeffionem incompletam: vnde liquo: subtilis si permanet subtilis significat impotentiam nature: si vero ingroffetur tñ significat impotentiam nature inchoantē. Item grossa significat naturam incipisse operari: si vero permanat grossa semper significat naturam impotentē: q̄ significat q natura potuit incipere digeffionē z nō cōplere: si postea clarificat significat naturā operari cōplētā digeffionē. Per hoc patet solutio ad primū argumētum: quia aucto in precedētis lectione loquitur de liquo: mediocri: tu vero obijcis de liquo: subtili z grosso. Ad secundum patet solutio: z dico q loquendo de hypostasi naturā z mediocri: illa melio: est vniiformis q̄ diffomis: sed tamen de immutabili non est verum: similiter z de liquo: z. Per hoc patet solutio eiusdem questionis que solet fieri: quia diffomitas simul z semel vt biscolo: in vina est mali: diffomitas vero successiva est malum: vt quando vina cōmutatur a grossicio in subtilitatem z eōuerso. Et solutio huius est: q̄ diffomitas simul z semel in vina vt biscolo: significat impotentiam nature: vnde omnimū significat diuersam materiam in corpore: z naturam potentem supra vna materiam digrendo: impotentē vero supra alterā: sed diffomitas successiva est bona: q̄ significat fortitudinē virtutis potentis inchoare z cōplere digeffionē supra materiam mobi. ¶ Tertio q̄ vtrū trāsio vniiformis a subtilitate in grossiciem sit melio: q̄ transit cōuerso: s̄ a grossicie in subtilitatem: z vide q̄ sic: quia manifestū a subtilitate in grossiciem trāsit in terminū melioem: quia subtilitas significat impotentiam nature: grossicies vero potentiam: ergo est melio. Itē ille transitus est melio: qui sequit operationem digeffionis: sed trāsitus a subtilitate in grossiciem est hmoi: quia pcedit ingrossando sicut pcedit ingrossatio scđa respectu prime: ergo est melio. In trāsio est aucto: in lra dicens q trāsitus a grossicie in subtilitatem est melio: quia significat materiam cōplere digeffionē: q̄ transitus a subtilitate in grossiciem qui significat naturā tantemōdo inchoantē digeffionē zc. q̄ concedo. ¶ Ad primū argumētum in cōtrarium patet solutio per predicta: quia tu obijcis de subtilitate causata per viā indig: stionis: z talis sine dubio est peior: sed subtilitas causata per viam digeffionis est melio. Ad secundū dicēdum q duplex est digeffio. Quēda supra iuuatū: vt supra nutrimentū: z talis pcedit ingrossationē. Quēda supra nociūm q̄ supra materiam mobi: z talis pcedit q̄q̄ subtilitadē q̄q̄ ingrossando: z tu obijcis de illa digeffione que sit supra nutrimentum. ¶ Quarto q̄ritur supra hoc q̄ dicit q vina clarificatur in vniiformi: patet trāsmissiōnem partium terrarum in pfundū: aerarum vero ad superius: ergo similiter cū talis trāsmissiō partium fiat in vina tonata: videtur q tonata debet esse melio. Et dicendum q diuersimodo trāsmissiōnem partes vine z inde: quia in vina tonata licet sit trāsmissiō partium ad loca ppa: tñ hmoi partes non reungitur a calore naturali nec spiritibus: z ita cum spiritus sint laici z clarificent vinum z talis non reungitur p spiritus nō erit clara: si in vina grossa primo z postea clarificata partes vine reunguntur a calore z spiritibus: z propter hoc fit clara. ¶ Postea querit supra hoc q̄ dicit q vina grossa z turbida significat digeffionem completam. cū su

perius dicitur q̄ significat incompletam. Et dicendum q̄
hic dicit q̄ significat completam. i. vicinam cōpletō: qñ
vero dicit superius q̄ incompletam: ipse loquit̄ ibi respēta
claritate postea. ¶ In queritur siq̄ hoc q̄ dicit q̄ exiēs
clara est grossissima: quomodo pot̄ esse clara et grossissima.
clara est grossissima: quomodo pot̄ esse clara et grossissima.
z solutio p̄nus est: quia dicit q̄ grossissima est causaliter:
quia talis significat materiam esse grossam: z omnino dis
gestionis repugnantem: unde cū ipsa causa sit grossa: nihil est
quatur de illa materia cū vīna: z p̄ter hoc est clara forma
liter: tamen causaliter est grossa: z nō dicit q̄ sit grossissima
quia significat materiam grossam eliquatam cum vīna: q̄
sine dubio impossibile est ipsam esse clarā tunc.

¶ Quod Bal. pleni⁹ ostēdit cū dicit. Significatio
actōis si occulta sit: z nō ap̄ta: sicut significatio vīne
subtiliter creant̄ z post in vase grossescit: z vī
ne ignee subtilis: z similiter citrinsime. omnes enī
in q̄ iste debilitatē coctōis significant: z modū esse
in initio. Et si significatio apparet: z p̄manēt: z
ad p̄fectionē nō veniēs: sicut vīne turbide creant̄
z turbide p̄manētis: rubee si tincta sit: z vīne lenes
vel albe: vīnebulæ matie: vīl hypostasim rubee: dī ap
parent in digestionibus imperfecte: in mediocritate
sunt coctōis: z i augmentō morbi. Et si significatio
apparet perfecte: sed nō tamen in suo naturali tē
pore: i. intra corpora anteq̄ creat vīna: sicut grosse
creant̄: et cum in vase sit clarificatis: coctio appo
pinquat perfectionē: z morbus in vltimitate est sui
augmenti: z non nisi declinatio tantum superest sibi
Et si significatio in tempore suo apparuerint: sicut
in vīna que clarificat anteq̄ corpus exierit: signifi
cat complementum coctōis: z declinationem
morbi: et cum incepisse mitigari. Tempus vero
declinationis est et quo significatio in suo appa
reat tempore naturali vsq̄ ad ablationem z mundi
ficationem morbi perfecte in toto corpore. ¶ Bal.
vīna inquit tripliciter diuiditur. Est enī vīna cocta
que salutem significat: est et pessima que mortem
significat: est z cruda in coctione defecta: que grossi
tudinem fecum designat: z defectionem digestionis.
Cocta vīna in declinatione egroum: sanorum vīne
assimilatur: sicut vīna ignea: in liquore z colore me
dia. Que extra hanc est in subtilitate: vel grossitudi
ne: cruditate: z defectione coctionis videtur signifi
ficare: z si extremitas eius sit in subtilitate: z ignea
in colore: significat et laudabilior pte naturā oparā
in fecū coctionē. Virtus enī tincture vīne z bonitas
colores vīnaq̄ bona sunt signa. Claritas vero vīne
z eius subtilitas morbum ad huc esse crudum signifi
cat. Unde Bal. quedam est vīna que morbi crudū
z nō coctū significat: sicut ignea z subtilis: z q̄ albā
habet hypostasim: z suspensam: z subrillem: sed tamē
neq̄ lenis neq̄ mollis est.

¶ Que vīna significat longitudinem morbi.
Vīna que in fundo pertinet rubo: si cū
subtilitate sua alba sit z aquosa: ablatio
nem coctōis demonstret cum longinquitate
z morbi pessimitate. Si postea lauda
biles appareant significationes: sicut grossitudo vī
ne z tinctura: sperari potest salus: sed tamē post lon
gum tempus: z cum maioribus molestatiōibus. Si
autē mutet i grossitudinē de subtilitate sine tinctura

z remanet albedo z cruditas: mostrat turbiditatem
z grossitudinem suam non esse et actione naturæ: sed
de extraneo z igneo calore: quia natura non miscet but
mores: nec turbidos facit nisi natura tingat liquores:
z significat mediocritatem coctōis. Unde vīna gros
sa si sit tincta: virtutē caloris naturalis designat: ma
xime si sit ignea.

¶ De vīnis perditione significantibus.



Vīna pessima que perditionem significat:
est quadrupla. Quedam enim perditio
nem absolute potendit: sicut que nigram
habet hypostasim: z liqozem alterius colo
ris q̄ nigri: ora perditio in nigredine. Queda p̄
ditionem debiliozem prioris sicut que hypostasim ha
bens nigram: sed nanctem. Quedam debilio: est se
cunda q̄ nebulā habet in superficie nigram. Quarta
perditionē certā z necessariā: sicut vīna nigra: z by
postasim nigra: z maxime granofa: quia feces gran
se semp designat perditionē: maxime si sint nigre.

¶ Superius cōparauit aucto: significatioes liqoz ad in
uicē. In parte ista cōparat significatioes liqoz ad tēpo
ra morbi: z diuidit in quattuor. In prima determinat de vīna
apparete in principio morbi. In scōa de vīna apparetē in
augmentō: ibi: Et si significatioes apparetē z permanēt.
In tertia de vīna apparetē in statu: ibi: Et si significatioes
apparetē pfecte. In quarta de vīna apparetē in declinatio
ne: ibi: Et si significatioes i tēpore suo apparuerint. Et ista
quarta in duas. In prima determinat de vīna apparetē in
declinatione. In scōa docet cognoscere tēpore declinationis
ibi: Tēpore vō declinationis. Tūc sequit̄ secunda pars prin
cipalis huius lectionis: in qua docet reducere eos differen
tias liqozis ad trimēse diuisionē: q̄ hic incipit. Urine tri
plexiter diuiditur. Est illa in duas. In prima diuidit. In se
cunda de mēbus diuidētibz agit: ibi: Cocta sanoz vīna.
Et ista scōda in tres. In prima determinat de vīna signifi
ficatē coctionē pfectā z digestionē. In scōa de vīna signifi
catē idigestionē: ibi: Que extra hanc est et. In tertia de vī
na significatē perditionem: ibi: Urina pessima q̄ perditionē.
Scōa istaz diuidit in duas. In prima determinat de vīna
significatē cruditatem z idigestionē z hoc in gñali. scōo in
spectali magis: ibi: Sz tñ neq̄ lenis neq̄ mollis. In prima
in duas. In prima determinat de vīna significatē cruditatē
z hoc in gñali. Scōo confirmat auctoitate Bal. ibi: Unde
Bal. quedam est vīna. Hec est diuisio et scōa lectionis in
generalit.

¶ Hic primo dubitat de tēpore morbi: cū de ipsis faciat
aucto: mētionē in ista determinatio eoz vīna. Et primo q̄
ritur de principio morbi q̄ sit siue q̄ appellat principium
morbi: et videt q̄ principium morbi sit illud instans indiu
sibile a quo fit motus a sanitate in egritudinem: q̄ tunc bō
incipit esse eger qñ desinit esse san⁹: s; hoc est in illo instanti
indiuisibile a quo fit motus a sanitate in egritudinē: illud
instans indiuisibile est principium morbi. A scōa: cōsideratio
medicinalis sentium nō transiēdit vt dicit lbalay: sed illud in
stans indiuisibile nō p̄t cognosci a medico: ergo nō est prin
cipium morbi. Ad hoc distinguo sicut distinguat l. onā. in
pantegni. z Bal. in de crisi: q̄ vno modo est principii egrit
udinis illud instans indiuisibile in quo arripit egritudo pa
tientem: z tale non est de consideratione medici: cum sit
impercipibile vt no. Alibi dicit principii morbi. l. spacit
trū dicit: z tale sit non est de cōsideratione medici: quia di
uersificat in morbis acutis z chronicis. Tertio est principii
egritudinis illud q̄ est vñ de quatuor: tēpōibus morbi
z tale est de cōsideratione medicē: z de tali dicit Bal. q̄ prin
cipii egritudinis est illa vox in qua patiens primo sentit sen
sibiliter egritudinē z cessat ab operibus consuetis z consu
lit medicā. ¶ Secundo querit vtrū principii egritudinis

possit cognosci. Et videt qd nō: quia si cognoscit: aut cognoscit q signa digestionis: aut indigestionis: sed nō potest cognoscit per signa digestionis vel indigestionis: qd dicit Aulicē. qd principium egritudinis est illud tempus in quo nec apparent signa digestionis nec indigestionis: ergo principium egritudinis non potest cognosci. In contrariis est Isaac in ista pnti, qd determinat qualis vna apparet in principio egritudinis. Intererea aucto: iste videt dicitur Aulicē. qd aucto: iste dicit ibi: qd vna egritudo subtilis postea ingrossescens apparet in principio morbi: et dicit superius qd vna egritudo subtilis postea ingrossescens significat digestionem: qd significat naturam incipiente operari in decoctio feci: sed dicit Aulicē. qd in principio morbi nec apparet signa digestionis: nec indigestionis: qd fm Aulicē. talis vna nō potest apparere in principio morbi: iste fit dicit qd imo apparet. ¶ Ad primum istum dico qd principium egritudinis potest cognosci: et dico qd cognoscit per hoc qd in principio nec apparent signa digestionis nec indigestionis. Et tu ob. qd in principio non apparent signa digestionis nec indigestionis: vt dicit Aulicē. dico qd verum est per positionem: sed tamen sunt ibi per puationem: vnde licet signa digestionis vel indigestionis nō sint signa principij p positionem: tñ sunt per puationem. Et tu obices qd imo qd in principio morbi signa indigestionis apparent fm positionem: qd constat qd in principio morbi signa digestionis nō apparent: ergo de necessitate signa indigestionis: et per illa habebit cognoscit principij. Item constat qd in principio morbi materia omnino est indigesta: ergo signa indigestionis apparent et p illa cognoscit principium. Item signa digestionis apparent in principio morbi: qd aucto: dicit in ista qd in principio morbi apparet vna subtilis: postea grossescens: et talis significat digestionem vt dicit aucto: superius: qd relinquit qd signa indigestionis et digestionis eñā per positionem apparet in principio morbi: et per illa poterit principij cognoscit. Et videndum ad hoc qd duplex est indigestio. Quædam enim est que fit ex pugna nature contra morbum: et materia morbi pueat morbo: et remanet indigesta: qd natura succubet et nō potest materia morbi digerere: et talis nō est apparet in principio morbi: imo potest apparere in augmento: quia in principio nondum natura pugnat contra materiam morbi: et de tali loquitur Aulicē: quando dicit qd in principio nec apparet signa digestionis nec indigestionis. Est iterum alia indigestio que nō fit ex pugna nature contra morbum: et talis apparet in principio morbi: quia in principio morbi natura nō fit insurgit contra morbum vel contra materiam morbi: imo est qd sopita: et per talem indigestionem per puationem potest cognoscit principium egritudo: dicit de tali ob. tu: non de prima. et ppter hoc dicit Aulicē. in fine de cretibus diebus optimū vbi dicit em qd morus aliqui venit sine crisi: et hoc qd materia morbi tāta abundat in corpore qd ante qd insurgat natura contra illam: extinguitur calor naturalis in coctio patet in aposte mate cordis. Et tu ob. qd etiā signa digestionis apparent in principio morbi: qd dicit aucto: littera: qd in principio apparet vna subtilis: postea grossescens: et talis vt dicit superius significat digestionem: et Aulicē. dicit qd in principio nec apparent signa digestionis nec indigestionis. Dicitur qd quando aucto: dicit in ista superius qd vna subtilis postea grossescens significat digestionem: ipse intelligit de oculata vnde verum est qd significat digestionem occultam: vt patet in littera presentis: sed qd Aulicē. dicit: qd in principio nec apparent signa digestionis nec indigestionis: quia si agens appropinquet patienti impossibile est non agere: ergo cum materia morbi fit in corpore natura de necessitate inducet in materiam illam digestionem vel indigestionem. natura dico tunc succubante materia morbi vel obstante. Ad hoc dico qd verum est si natura nō sit sopita: vel si calor non subito exinguitur. vñ tu ob. de digestionis facta per pugnam et non de indigestionis facta ppter extinctionem factam a materia morbi sine in sultu aliquo precedente. ¶ Tertio dato qd principium morbi

